UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. VI. Obserere beneficia, pugnos. Serere fallacia[m]. Bitere & bitare. Attij fragme[n]ta aliquot correcta, & Plautus Panulo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70877

Visual Library

## CAPVT VI.

*bſerere beneficia, pugnos. Serere fallaciam. Bitere & bi-
tare. Attij fragmenta aliquot correcta, & Plautus Pœnulo.*

L. ATTII principis Latinæ tragœdiæ fragmenta quædam, apud Nonium corrupta, hoc capite, quod potero, redintegrabo.

In Fors & Fortuna.

*Attius Andromeda. Multi iniquo mulier animo ſibi mala auferre in malis, quibus natura praua magis, quàm fors aut fortuna obfuit.*

Vitius verbi vitio labat ſententia. pro auferre MS. agnoſcit, *auſere*: ídque rectum eſt. Auſi & auxi, vt minſi & ninxi promiſcuè vetuſtiſſimi: quare hæc in ſeptenarios recolligo:

*Multi iniquo, mulier, animo ſibi mala auxêre in malis,*
*Quis natura praua magis quàm fors aut fortuna obfuit.*

Erudita ſententia eſt, & quæ non longè abit ab Heraclitiillo, ἦθος ἀνθρώπῳ δαίμων.

In Seges:

*Idem Andromeda. Quod beneficium haud in ſterili ſegete te obeſſe intellegis.*

Iunius tentat legere, *locaſſe*: ego præſtare audeo verum eſſe, *obſeſſe*. Obſerere beneficia, peruenuſtum eſt. variè enim transfertur id verbum. Plauti Menæchmis aliò:

*Hiſce ego nunc ſemẽtem in ore faciã, pugnóſque obſeram.*

Ita Pœnulo ſerere lites dixit, & ſerere fallaciam. ſic enim lego hos verſus, Scæna prima.

*Abeamus intrò, vt Colabiſcum villicum*
*Hanc perdoceamus vt ſerat fallaciam.*

Vulgarij libri omnes, *ferat*. inficetè. At noſtrum illud præterquam quòd vſitatiſſimum loquendi genus,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

etiam iocum ex ambiguo, more Plauti, captat de vi
lico enim ſermo eſt.

In Gracilitudo.

*Attius Amphitruone. Tamen iſta tua gracilitudo & i*
*ctus facit, ne dubitem.*

Lego, *ne diu bitem.* Bitere & bitare veteribus fui
quod nobis ire, nemo niſi fungus in his litteris
neſcit. Quia, inquit, imbecillé te video quà ab ani
quà à corpore non deſetigabo amplius multa i

In Specis.

*Attius Alcmæone. Quod dij interdum inferum pen*
*depreſſum altis clauſere ſpecis.*

Suſpicor anapæſticos fuiſſe, itaque rectè à me
culatos:

*Quod dI interdiu infernum penitus*
*Depreſſum altis clauſere ſpecis.*

Scio enim deſcenſiones iſtas herouin ad inferos
occaſo ſemper fuiſſe, reditusq́. ante eumdem or

CAPVT VII.

*Tubuli. Animi angi. Pretio vincere. Cicero Verrinis*
*quantis locis emendatus.*

M. TVLLII his libris pauca admodum a
gere decreui. alterius enim erit & temporis & lo
ſtudioſis harum litterarnm impertiri ea, quæ in opti
mum hunc linguæ Latinæ parentem notata habe
Lubet tamen interſpergere nonnulla quæ gu
quemdam ceterorum exhibeant: ſic nimirū, vt
*———ficos propola recentes*
*Protulit, & pretio ingenti dat primitu' paucos.*
Libro accuſationum quarto acerbè & grauiter i
ctatur ſcelus Verris, qui ſuam in iudicando fidem &
tco

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN